



Ralle



1731,27  
943. THESES IN AVGVRales JVRIDICÆ

EX MATERIA  
**DE DONATIONE  
PROPTER NVPTIAS**

IN SPECIE VERO

*DE QVÆSTIONE:*

AN, ET IN QVANTVM DONATIO PROPTER  
NVPTIAS SECUNDVM NOVISSIMVM JVS SAXONICVM  
VXORI VTILITATEM PRÆSTET?

QVAM  
RECTORE VNIVERSITATIS MAGNIFICO,  
REVERENDISSIMO ET AMPLISSIMO DOMINO,  
**DN. PLACIDO,**

REGALIS MONAST. SS. APOSTOLORVM PETRI ET PAVLI ORD. S. BENEDICTI  
INTRA ERFORDIAM ABBATE, PRÆPOSITVRÆ ZELLENSIS ET IN FRANCKE-  
RODA AD VVERRHAM DOMINO, S. FACVLT. THEOL. ASSESSORE  
PRIMARIO, ETC.

PERMISSV ATQVE AVCTORITATE  
INCLYTÆ FACVLTTATIS JVRIDICÆ  
IN PERANTIQA HIERANA,  
S V B P R Ä S I D I O

**DN. ERNESTI TENZELII, JC<sup>T</sup>I,**  
EMINENTISS. AC SERENISS. PRINCIP. ELECT. MOGVNT. CONSIL. REGIMINIS,  
JVDIC. PROVINC. AC FACVLT. JVRID. ASSESS., EJVSDEMQVE H. T. DECANI,  
NEC NON CIVITATIS CONSVL. PRIMARIO.

PRO LICENTIA

SVMMOS IN UTROQUE JVRE HONORES ET PRIVILEGIA  
DOCTORALIA LEGITIME ACQVIRENDI  
PVBLICÆ ERVDITORVM CENSVRÆ SVBMITTIT

AVTOR

**JOH. JACOBVS Schreckensuchs/ Offit. Misn.**  
IN AVDITORIO MAJORI JVRIDICO HORIS CONSVENTIS.

DIE VII. MAJi A. M DCC XXXI.

ERFORDIAE, Typis JOH. CHRISTOPHORI HERINGII, Acad. Typogr.

14.

33

THESS IN AVG RAIIS TUDICIA  
EX MATERIA  
**DE DONATIONE**  
PROPRIETATIS

AN ET IN QVINTA DONATIO PROPTER  
MULTIS CAGNDAM NOREM VAS SAXONICUM  
AVORI AQUITATAM PRISTINAM

RECTORA AQUARIATIS MAGNICO  
**DI PLAGIO**

RECTORA AQUARIATIS MAGNICO  
IN TERRITORIO VENETIAE  
SIKA VENETIAE

**DI ERNESTI THINERII. TCU**  
RECTORA AQUARIATIS MAGNICO  
LADIS LACUNA AC STOMATE VAS VAS  
RECORO CAGNATI COVATI CAGNATI

PROLEGOMENIA  
SUMMOS IN LITERIS VAS HODIE ET FUTURI  
DCCXVII. VAS VAS VAS VAS VAS  
TURCE TURCE TURCE TURCE TURCE

**JOH. JACOBAS EPILOGUS ALOM W**  
IN AQUITATICO MAGNICO VAS VAS  
AVTA

DI AV. VAS VAS VAS VAS  
PARROPS. TPN JOH. CHRISTOPHERI HENZELI ACCORD



L. N. J.

## PRÆLOQVIVM.



Um animum induxissem  
Lector benevole, in pu-  
blicum tandem redire, &  
dissertationem inauguralem  
contexere, diu anceps hæsi-  
tavi, quam potissimum ma-  
teriam mihi enucleandam sumerem; donec  
tandem privata meditatione in quæstionem  
sub rubro propositam inciderem occasione  
NOVISSIM. ORDIN. PROC. SAX. ad Tit.  
XLIII. ad illam investigandam me illico ac-  
cinxi, ne diutius expectando digniora superse-  
deam.

A 2

deam. Si forsan quid minus accurate dictum irrepserit, partim humanæ infirmitati, partim festinationi dabis. Quod si a Te, Benevole Lector, impetravero, constabunt Tibi rufus mea officia, si non maxima, tamen promptissima.

QVOD FELIX FAVSTVMQVE ESSE JVBEAT  
S. S. ET INDIVIDVA TRIAS!

### TRACTATIO.

#### §. I.

**D**ONATIONEM INTER VIRVM ET VXOREM SIMPLICEM IN JVRE NOSTRO PROHIBITAM ESSE, regula est. l. i. & passim i. z. C. & D. de donat. inter vir. & uxor. Ut ipso jure nihil valeat in l. i. & z. pr. de donat. int. vir. & uxor.

#### §. II.

Hocce ita sancitum est ob subsequentes potissimum rationes: 1) ne scilicet amor sit venalis, 2) ne conjuges donationibus intemperantes profusa erga se facilitate mutuo se amore spolient: 3) ne discuti matrimonia ac dissolvi contingat, si non donaret is, qui posset: 4) ut famæ ac honori conjugum consulatur ne pretio magis, quam officiis, amor inter eos conciliatus videatur.

A 3

§. III.

## §. III.

Cum quo etiam consentaneum est Land-N. L. I.  
art. 31. §. darum mag keih Weib ic. & quod apud CO-  
LERVM P. I. Decis. XII. n. XXII. in eandem sententiam  
habetur, quando ibi allegat, quod talis donatio nihilo-  
minus sit invalida, etiamsi in hæredes donatarii collata  
sit: Daß solche nach ihren Absterben auf ihre näch-  
sten Erben kommen solle. vid. CARPZ. P. II. consti-  
XII. Def. 14. cui jungi meretur BERLICH. P. II. conclus.  
15. n. 2. seq.

## §. IV.

Sicut autem nulla regula sine exceptione ita & hæc  
patitur suas limitationes; Constat enim valere omnino  
quasdam donationes inter conjuges e.g. si morte con-  
firmantur juxta L.32. §. 2. ff. de donat. int. vir. & uxor. l.  
1. § 3. Cod. b. t. vid. GAIL. C.2. obs. 91. n. 1. modo vi-  
vente adhuc donatore fecuta fuerit traditio rei dona-  
tæ teste MEVIO P. 6. decis. 67. quæ tamen donatio  
suminam 500. solidorum excedere non debet, si judi-  
cialiter non fuerit insinuata. WERNHER sel. observ. for.  
P. VIII. obs. 328. CARPZ. C. 13. def. 15.

## §. V.

Quorsum etiam istæ donationes referendæ sunt,  
quibus donans non sit pauperior neque accipiens lo-  
cupletior: Ea quippe potissima est ratio prohibitionis  
d. l. 3. qua cessante, cessat etiam prohibitio l. 5. §. 13.  
cum seq. 16. l. 25. l. 31. & passim de donat. int. vir. & uxor.

## A 3

## §. VI.

## §. VI.

Multo magis vero, ut reliquas sicco pede transeam, relatæ sive reciprocae donationes licitæ inter coniuges erunt. CARPZ. d. const. 13. def. 18. Inter illas non ultimum locum obtinet DONATIO PROPTER NVPTIAS. Hinc eadem quoque a JVSTINIANO IMPERATORE §. 3. Inst. de donat. expressis verbis approbata. & l. 19. Cod. de don. propter nupt. tanto robore impedita est, ut non solum licite fiat in securitatem & remunerationem dotis, sed etiam uxori ratione illius in bonis mariti semper gaudeat tacito pignore. vid. LUDOVICI in Doctrin. ff. tit. in quib. caus. pign. vel tac. hypoth. contrah. §. 2. Et ibidem allegat. BRVNNEM. de Proc. Conc. Cred. e. 5. §. 15. in notis ad STRYCK. voce Paraphern.

## §. VII.

Et hæc eadem donatio in præsentiarum cardo est circa quem quæstio nostræ dissertationis, AN, ET IN QVANTVM SECUNDVM NOVISSIMVM JVS SAXONICVM UXORI UTILITATEM PRÆSTET? vertitur, & investiganda venit.

## §. VIII.

Antequam vero ad ventilationem quæstionis ipsius appropieramus, non abs re erit, de DONATIO-  
NE PROPTER NVPTIAS in genere quædam præ-  
mittere, quo magis exinde lumen accendatur, nos  
autem facilitiori negotio ad scopum veniamus.

## §. IX.

## S. IX.

Qua de causa non possumus silentio præterire,  
quod DONATIO PROPTER NVPTIAS cum dote  
communem substantiam, & ut uno verbo dicam, ab ista  
omne principium, basin ac fundamentum habeat, uti  
luculenter apparer ex *l. fin. in pr. C. de donat. ante vel*  
*propter nuptias. DONELL. 14. comment. 9. & insuper sine*  
*dote soluta, nulla plane intelligatur donatio propter*  
*nuptias, nec multo minus valeat. MEVIVS P. 9. Dec.*  
*52. n. 7.*

## S. X.

Sicuti enim dos a muliere, sive ab alio, nomine  
mulieris proficiscitur in maritum, propter onera ma-  
trimonii sustinenda, *l. 20. C. de jure dotum* sic donatio  
propter nuptias a marito, vel ab alio, ejus nomine, in  
uxorem ad securitatem & remunerationem dotis ac-  
ceptæ. *d. l. ult. Cod. de donat. ante vel propter nuptias*  
*HILLIGER ad DONELL. L. 14. c. 9.*

## S. XI.

Ex quibus clarescit nullam donationem propter  
nuptias deberi, si dotem mulier, aut ejus nomine  
alius, nondum constituerit.

## S. XII.

Et licet quidem ex sola promissione dos consti-  
tuatur, tamen prædium non dicitur dotale, aut res  
pro dote assignata dotalis, nisi secuta traditione, sine  
qua dominium rei dotalis non transfertur, & sic mari-  
tus,

tus, cum ante traditionem constitutæ dotis non fiat dominus, & nullos fructus dotis lucrari possit. GAIL. 2. observ. 79. n. 9. nullam quoque ante traditionem donationem propter nuptias. FACHIN. L. 8. controv. c. 68.

## §. XIII.

Sciendum tamen, eos, qui contra sentiunt & donationis hujus exactionem mulieribus etiam dote non soluta, concedunt, exaudiendos esse in his tantummodo casibus. a) Quando mulier in mora non fuit, b) quando habita fuit fides de dote, c) quando data est dilatio ad solvendam dotem, & antequam dies cederet, solutum est matrimonium, d) quando per maritum stetit, quo minus dotem acciperet.

## §. XIV.

Præsupposita itaque actuali dotis traditione locum omnino invenit sæpius memorata DONATIO PROPTER NUPTIAS quæ secundum HÖPPIVM in Commentario ad Inst. Iust. Tit. de donat. §. 3. not. sub verb. quod ante nuptias sequentem in modum describitur: QVOD SIT SPECIALIS CONTRACTVS A JVSTINIANO in Nov. 119. c. 1. CONSTITVTVS, QVO MARITVS ALIQVID VXORI DONAT IN SECVRITATEM ET REMVNERATIONEM DOTIS ILLATÆ L. 19. C. de donat. ante nupt. Germ. Das Gegen-Vermächtniß, die Gegen-Steuer.

## §. XV.

Ubi non possumus non annotare, quod eadem in

*in d. Nov. & Nov. 6. c. 1.* sponsalitiae largitatis nomine veniat. Verum enim vero, si rem accuratius perpendas, impropte ita appellatur, dum scilicet donatio propter nuptias proprie sic dicta multum differt a sponsalitia largitate, dum haec ad amorem & affectionem conciliandam fit inter personas desponsatas, illa autem, in securitatem & remunerationem dotis, ut eo magis cautum sit uxori de dote, soluto matrimonio recuperanda, si forte a marito consumta, aut alio modo amissa, vid. HOPPIVS cit. loco.

## §. XVI.

Multo magis cavendum est, ne nostra DONATIO PROPTER NUPTIAS cum dotalilio, quod moribus originem debet, & vocatur das Leib-Gedinge, die Leib-Zucht, jure civili autem plane incognitum est, iterum conferatur, vel potius confundatur, etiamsi hoc inter nobiles communiter infeudis constituatur, & illius vices soleat subire.

## §. XVII.

Differunt enim in effectu inter se, quando scilicet dotalitium in compensationem dotis constituitur, ac in usufructu consistit, dotemque omnino absorbet CARPZ. P. 2. C. 42. def. 3. illa vero in securitatem dotis, adeoque eam regulariter non absorbet, sed dos salva manet, L. fin. pr. C. de donat propt. nuptias unde porro in dotalilio pariter uxor jure prælationis gaudet, ac in ipsa dote CARPZ. P. 1. C. 28. def. 93. sed non æque in donatione propter nuptias, quippe quæ lucrum continet,

B

net,

XIX.

net, & J. Sax. nec privilegio, nec tacita hypotheca gaudet licet J. Civili hæc assignata in l. 22. §. 2. Cod. qui pot. in pign. CARPZ. d. l. def. 91. Præterea dictum dotalium regulariter quotannis duplicates dotis usuras complectitur, adeo, ut si uxor dotis nomine 1000. attulerit, centum annuatim post mortem mariti accipiat loco dotalii vid. STRUV. in sym. J. F. c. 14. tb. 11. Quandoque etiam quadruplicatæ usuræ statuuntur de quibus plura apud STRYCK. in Tr. de success. ab intest. Diff. 4. c. 2. §. 13. seq. add. D. BERGER in resol. LL. Obſt. Lb. Tit. de Jure dot. circa fin.

## §. XVIII.

Restat adhuc ut etiam utilitates, quæ ex hac constituta donatione propter nuptias jure civili in uxorem redundant, breviter recensemus; Quam obrem recurrimus ad supra allegatam HOPPII descriptionem, ubi notanter dixit: in SECVRITATEM, propterea, quod haec intentione eadem constituitur, ut eo magis prospectum sit uxori de dote, sublato conjugio recuperanda. Ex quo apparet, uxori in rebus proper nuptias donatis non acquiri dominium, nec possessionem, nec fructus; hæc enim omnia apud maritum remanent L. 29. in f. D. & C. l. 29. de jure dot. sed tantum legalem, sive tacitam hypothecam, vi cuius maritus ejusmodi res, si immobiles sint, alienare & oppignorare prohibetur, ipsa vero uxor utiliter eas vindicare potest d. L. 29. G. & Nov. 61. c. 1. §. 1. ut ita certo respectu etiam dominium uxori competit. Vid. Dn. BERGER Oecon. p. 135. §. XII.

## §. XIX.

## §. XIX.

Ulterius supra assertum est, Q VOD IN REM VNE-  
RATIONEM dotis itidem donatio propter nuptias  
constitui soleat; id quod tamen de illis casibus intel-  
lectum volumus, in quibus vel ex lege, vel ex pacto,  
mariti lucro dos cedit, de quibus vid. L. 8. §. 5. C. de  
repud. Nov. 127. c. 2. addat. BACCHOV. ad Tr. Vol. 2.  
Diff. 19. tb. 8. lit. b.

## §. XX.

Postquam vero JVRE SAXONICO NOVISSIMO omnes  
ac singulæ hypothecæ tacitæ sive legales, una cum ju-  
re prælationis, per ORDINATIONEM PROCESSVS  
SAXONICI RECOGNITAM à SERENISSIMO LE-  
GISLATORE ex causis magis quam prægnantibus, pe-  
nitus sublatæ sint, ad quæstionem nostram in rubro  
propositam propius accedimus, & quomodo hæc jure  
isto novo nunc decidenda sit, ex instituto investiga-  
mus.

## §. XXI.

Ad feliciorem vero progressum, non possumus  
non quin laudatæ ORDINATIONIS PROCESSVS  
SAXONICI, in quantum circa hunc tacitarum hypo-  
thecarum passum mutata & reformata est, ipsissima  
verba in medium proferamus, quæ se ad Titul. XLIII.  
ita habent: „Sehen und ordnen demnach hiermit / daß we-  
„der einem Ehe-Weibe ratione dotis, noch dem Fisco,  
„wenn er mit jemanden contrahiret / noch auch denenjeni-  
„gen / so zu Erbauung/ Besserung und Erhaltung/ inglei-  
chen

„chen Erkaußung eines Hauses oder Guches etwas dar-  
 „geliehen / hinführō ein *Jus prælationis*, oder auch nur  
 „ein *Jus reale* zustehen solle, wenn sie sich deswegen  
 „nicht eine Gerichtliche Hypothec constituiren lassen,  
 „auf welchen Fall sie gleichwohl kein Vorzugs-Recht  
 „vor denen älteren *Creditoribus hypothecariis* haben,  
 „sondern gleich denen andern Gläubigern nach Ord-  
 „nung der Zeit des erhaltenen Pfand-Rechts befrie-  
 „diget, auch keine *Statuta*, so dieser unserer Verord-  
 „nung zwieder attendiret werden sollen.

§. XXII.

Ubi ad Tit. XLV. S. 1. E J V S D E M O R D I N A-  
 TIONIS P R O C. idem repetitur cum additamen-  
 tis: die HYPOTHECAS TACITAS, weilen da-  
 durch öffters grosse Gefehrde, und besonders bey Con-  
 cursibus Creditorum vieler Auffenthalt veruhsachet  
 worden, wollen wir hiermit gänzlich aufgehoben  
 haben / & porro ad §. 4. insonderheit soll denen Ehe-  
 Weibern weder respectu paraphernalium noch respectu  
 doris dergleichen ferner zustehen, sondern dieselbe, wenn  
 sie sich nicht durch eine ausdrückliche Gerichtliche  
 Special-Hypothec prospiciret/ sich eines Pfand-  
 oder Verzugs-Rechts vor andern Gläubigern  
 in keine Wege anzumassen haben / gestalt wir  
 denn hiermit diese und überhaupt alle andere Hy-  
 pothecas tacitas nochmahlis ausdrücklich cassiren  
 und aufheben.

§. XXIII.

§. XXIII.

Quis itaque rebus sic stantibus, & cum ratione  
dotis JVRE NOVO ELECTOR. SAXON. privilegium  
tacitæ hypothecæ expressis verbis sublatum, & quasi  
enecatum sit, idem tamen donationi propter nuptias  
salvum integrumque asserere velit? obstante clara lege  
universali, & argumento a dote, tanquam accessorio  
sive potius correlato, desumto, qualis argumentatio  
secundum DD. valida est, ut taceam, quod ex jam ad-  
ducta lege fin. in pr. C. de donat. ante vel propter nuptias  
luculenter appearat, donationem cum dote commu-  
nem habere substantiam, & pari passu ambulare.

§. XXIV.

Qua de re pro certo persuasum habemus, uxori  
melius consuli non posse, quam ut sibi in tempore  
expressam judicialem hypothecam in rebus hoc mo-  
do donatis constituendam curet, si donationis emolu-  
mento frui, & satis sibi ratione illatorum prospectum  
velit.

§. XXV.

Nec dubium ullum superest, quin in Saxonia ma-  
ritus, qui dotem accepit, obstrictus sit ex æquitate  
tam naturali quam civili, conjugi donationem talem  
cum hypotheca judiciali procurare, & constituere.

§. XXVI.

Negare verò non possumus, quod uxore tale  
quid non postulante, vel ex nimio amore remittente,  
præsertim si majorenxis sit, tam donatio propter nu-  
ptias, quam hypotheca expressa, plane postponi & in-

termitti possit. Tunc enim juri pro se introducto renuncia esse videtur, arg. l. penult. cod. de pactis adeoque volenti non sit injuria l. 34. C. de Transact. nec damnum, quod sua culpa sentit, sentire videtur dicimus, ex lege 203. de Reg. Jur.

## §. XXVII.

Sed annon officio magistratus incumbat prospicere uxoribus, de dotis, cuius notitiam accepit, securitate, merito quæri potest? Et licet in allegatis constitutionibus ORD. PROC. RECOGN. expresse decisus hic casus non videatur, affirmare tamen quæstionem istam non dubito.

- a) Quod publice interesse dicatur, dotem mulieribus conservari, cum dotatas esse fœminas, ob solem procreandam, explendamque per liberos civitatem, maxime sit necessarium l. 1. ff. sol. mat.
- b) Quod mulieres in Saxonia in perpetua quasi curatela esse dicantur. Et sœpe illis ex officio de curatoribus prospiciatur.
- c) Quod verba allegatae ORD. PROC. RECOGNIT: Tit. 45. §. 1. und dergleichen optima ratione ad hunc casum applicari possint. Sed filum hinc abrumperem nimia, qua nunc includor temporis angustia, jubet: qua de re hanc meam dissertationem brevissimis ita finio

*Gloria sit Patri, Nato sit Gloria Sancto,  
Gloria Spiritui, Gloria sit Triadi.*

CO-



## COROLLARIA

I.

**I**ntr conjuges, non tam amare ac tanquam inter infestos jus prohibita donationis tradandum, sed ut inter junctos maximo affectu solam inopiam timentes.

II.

*An senex puellam ducens, in juventutis compensationem uxori donare possit? negatur.*

III.

*An maritus ex causa non acceptae dotis, uxori, sicut donationem propter nuptias, ita etiam alimenta denegare possit? negatur.*

IV.

*An mulier propter osculum impudicum dominum, & cum ea donationem propter nuptias amittat? negatur.*

V. *An*

V.

*An mulier, quæ nullam dotem expressit,  
omnia sua bona in dotem dedisse præsumatur?  
negatur.*


VI.

*Dos inter causas onerosas numeranda.*

VII.

*Ultimo afferimus, tam maritum, quam uxorem, rerum dotalium dominium habere, & ita duos dominos esse, quos tamen in solidum simul, & eodem tempore, lex aversatur?*

F I N I S.



sl. V


**ULB Halle**

3

005 367 751



VDN 8





1731,27  
33

THESES IN AVGVRALIS JVRIDICÆ

EX MATERIA  
**DE DONATIONE  
PROPTER NVPTIAS**

IN SPECIE VERO

*DE QVÆSTIONE:*

AN, ET IN QVANTVM DONATIO PROPTER  
NVPTIAS SECUNDVM NOVISSIMVM JVS SAXONICVM  
VXORI UTILITATEM PRÆSTET?

QVAM  
RECTORE UNIVERSITATIS MAGNIFICO,  
REVERENDISSIMO ET AMPLISSIMO DOMINO,  
**DN. PLACIDO,**

REGALIS MONAST. SS. APOSTOLORVM PETRI ET PAVLI ORD. S. BENEDICTI  
INTRA ERFORDIAM ABBATE, PRÆPOSITVRÆ ZELLENSIS ET IN FRANCKE-  
RODA AD VVERHAM DOMINO, S. FACVLT. THEOL. ASSESSORE  
PRIMARIO, ETC.

PERMISSV ATQVE AVCTORITATE  
INCLYTÆ FACVLTATIS JVRIDICÆ  
IN PERANTIQA HIERANA,  
SVB PRÆSIDIO

**DN. ERNESTI TENZELII, JC<sup>T</sup>I,**  
EMINENTISS. AC SERENISS. PRINCIP. ELECT. MOGVNT. CONSIL. REGIMINIS,  
JVDIC. PROVINC. AC FACVLT. JVRID. ASSESS., EJVSDEMQVE H. T. DECANI,  
NEC NON CIVITATIS CONSUL PRIMARIO.

PRO LICENTIA  
SVMMOS IN VTROQVE JVRE HONORES ET PRIVILEGIA  
DOCTORALIA LEGITIME ACQVIRENDI  
PVBLCÆ ERVITORVM CENSVRÆ SVBMITTIT  
AVTOR  
**JOH. JACOBVS Schredensuchs/ Offit. Misn.**  
IN AUDITORIO MAJORI JVRIDICO HORIS CONVENTIS.

DIE VII. MAJ<sup>I</sup> A. M DCC XXXI.

ERFORDIAE, Typis JOH. CHRISTOPHORI HERINGII, Acad. Typogr.

14.